AVGVSTINI BEROII BONONIENSIS

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,

& in Gymnaſio Bononienſi Iuris Pontificij primarij Interpretis.

In Librum Quintum Decretalium Commentarij.

HAC POSTREMA EDITIONE NON ABSQVE SOLERTI LABORE REPVRGATI.

Omnibus cum in Scolis, tum in foro verſantibus apprime nedum vtiles verùm & neceſſarij.

Cum Indice omnium materiarum locupletiſſimo.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X X.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS, In Librum V. Decretalium Commentarij.

Rubrica, De Accuſationibus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa, in qua matrimonium, vel ſponſalia ad ſeparationẽ thori accuſantur, an ciuilis, vel mixta ſit.*
2 *Cauſa quotuplex ſit.*
3 *Accuſatio quandoq; pro actione ponitur.*
4 *Accuſatio ciuilis datur, quæ dicitur etiam priuata accuſatio.*
5 *Criminalis cauſa, & ciuilis quando dicatur.*
6 *Cauſa mixta inter ciuilem, & criminalem quare dicantur.*
7 *Accuſatio an ſit actio, vel officium iudicis, & quòd ſit tertia ſpecies ſeparata, nu. 18.*
8 *Accuſatio obligationem propriè non præſupponit, ſed quãdam quaſi obligationem, & numero 12. contrarium dicitur infra, nu. 15.*
9 *Officium iudicis eſt remedium extraordinarium, & quandoque ordinarium.*
10 *Inquiſitio dicitur remedium extraordinarium, & quandoque ordinarium.*
11 *Officium iudicis quid ſit.*
13 *Accuſatio eſt ſui origine de iure ciuili.*
14 *Accuſatus de crimine ſuum accuſatorem reaccuſat.*
16 *§. In ſumma. inſtitu. de actio. declaratio.*
17 *Officium iudicis latius eſt in criminalibus, quàm in ciuilibus.*
19 *Obligatio efficax oritur ex maleficio inter delinquentem, et priuatum, in quem crimen committitur, ac ſimiliter inter fiſcum, & delinquentem.*
20 *Accuſatio eſt quid iuris, ſicut eſt actio.*
21 *Accuſationis definitio ab alijs tradita reprehenditur, & alia datur, nu. 26.*
22 *Ea, quæ iuris ſunt, diſſolui debent per terminum, Ius, vel per verba æquipollentia, quæ ius importent.*
23 *Delatio eſt accuſatio, & conuerſo.*
24 *Inſcriptio in accuſatione, an ſit de ſubſtantia & ſolennitate illius.*
25 *Solennitas alia eſt formalis, & ſubſtantialis, & alia neceſſaria neceſſitate accuſatiua, ſi petatur, vel ſi opponatur, quæ non dicitur formalis.*
27 *Accuſatio an ſit remedium ordinarium, vel extraordinarium, remiſſiuè.*
28 *Inquiſitio, & denuntiatio quid ſit remiſſiuè.*

OMISSIS ſcribentium continuationibus, ad ea, quæ ex illis colligi poſſũt, deſcendo.
Nam ex prima continuatione Abbatis colligit, † quòd cau-
1 ſa, in qua matrimonium, vel
ſponſalia ad ſeparationem accuſantur, dicatur cauſa ciuilis, de qua habetur ſupra titulo, qui matrimonium accuſ. poſ. cum ſequen. Quod ipſe
dicas verum non videtur: quia talis cauſa dicitur mixta inter ciuilem, & criminalem, ut not. per gl. ſummæ. 4. q. 4.
& eſt bonus textus in cap. tuæ. de procuratorib. & in c. 1.
33. quæſtione. 6. Ergo nec ciuilis, nec criminalis ſimpliciter dici poteſt, argumen. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. ne ſi,
quia ſub ſimplici caſus mixtus nõ comprehenditur. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de ad ul. l. ſecunda. cum ibi not.
per Barto. & alios in princip. ff. de verbo. oblig. Præterea
2 †cauſarum alia eſt eccleſiaſtica, alia ſecularis, & eccleſiaſticarum alia ſpiritualis, quãdo agitur de decimis, & de matrimonijs, alia criminalis, quando agitur de crimine eccleſiaſtico ad publicam vindictam: alia eſt ciuilis, quando
agitur pro temporalibus rebus pecuniariter, vt voluit gl.
not. in ſumma. 11. q. 1. Ex quo clarè patet, non eſſe verum
id, quod ex uerbis Ab. colligebam, quem tamen poſſe ſaluari cogitabam, exponendo verba illa accuſationibus ciuilibus,
3 † id eſt actionibus ciuilibus: nam quandoq; accuſatio ponitur pro actione. l. parentibus. C. de inoſ. teſt. gl. in
c. 1. 35. q. 6. in ver. accuſet. ſicut & econtra, ut in ru. C. quã.
actio ci. pro iud. cri. Vel ſecundò Abb. dictum ſaluari poſſet diſtinguendo, quòd aut ſolùm agitur ad ſeparatione thori ratione criminis veluti adulterij, & tunc talis cauſa eſt
mixta inter ciuilem, & criminalem, ut in d. c. tuæ, ex quo
4 tex. eſt † optimè probatur, dari accuſationẽ non modò criminalem, ſed etiam ciuilem, quæ ad priuatam vtilitatem
principaliter mouetur, & magis propriè dicitur actio, ut
probatur inſtitu. de public. iudic. in prin. & per Bar. in rubrica. ff. eod. & iuxta ea, quæ habẽtur per gloſſam in ſum.
4. q. 4. quæ etiam appellatur priuata accuſatio ad differentiam publicæ, vt ſentit Barto. in rubr. & in l. fin. ff. de priuatis delict. ex quibus ſaluari poſſent verba gloſ. in rubri.
ff. de public. iudic. dum dixit, quod ſupra de accuſationibus ciuilibus dictum fuit, quamuis Bartol. ibi dicat verba illa eo modo ſtare non poſſe. Aut agitur ad ſeparationem matrimonij non ratione criminis, ſed ex alia cauſa,
vt ob uitium, morbumq; corporis, iuxta c. 1. de frigid. &
maleſic. vel ob conſanguinitatẽ, & parentelam iux. ea, quæ
hentur ſupra in tit. de conſanguin. & affinit. uel ob iuſtitia
publicæ honeſtatis, c. literas. de deſpon. impub. c. iuuenis,
cum ſequen. & ca. ſponſam. ſupra de ſponſal. & tunc talis
accuſatio, quæ ita appellari põt, ut per totum ſup. qui matr.
accuſ. poſ. ciuilis dicetur; quia in ea crimina non miſcentur, ſicuti Moder. hic dicunt, & vbi nõ eſt crimen, nec aliquo modo de crimine agitur, quomodo criminalis accu-
5 ſatio, vel cauſa diceretur? † cum ſolùm criminalis appelletur
quando de crimine agitur, ut in l. fi. vbi Bart. & in rubr.
ff. de priua. delic. in rub. ff. de pub. iudi. & gl. in ſumma xi.
q. 1. Et dicit Bart. in l. 3. ff. de ſepul. uiol. quòd criminaliter agitur, quando ratione criminis agitur ad pœnam fiſco applicandam, vel ut corporaliter quis puniatur. & hoc quando per viam accuſationis aggreditur: nam ſi ad pœnã fiſco
applicandam ageretur per viam actionis cauſa non diceretur criminalis, nec criminaliter ageretur, ſed ciuiliter. l. 1.
C. de his, quibus vt indig. l. deferre. & l. j. & per totã. ff. de
iure fiſci. Si verò ratione criminis agatur ad pœnam parti applicãdam, dicitur agi ciuiliter, & cauſa ciuilis dici poteſt. quo caſu propriè agitur per uiam actionis, quamuis
impropriè etiam dici poſſit accuſatio priuata, ſeu ciuilis,
vt ex pmiſſis conſtat, & hoc modo forte Abba. verba hic
6 ſaluari poſſunt. † Mixtæ autem cauſæ inter criminales, &
ciuiles, iuxta dictum capit. tuæ. idcirco dicuntur, quia quẽ
principaliter de intereſſe publico, & priuato participãt, vt
per Anton. in rub. ſupra de iudic. vbi dixi, & declarat Ioã.
Andreas in dicto cap. tuæ, ad cuius dicta tamen eſt aducrtendum manam dum inquiſitionem, de qua ibi, participare

c. ſicut hi. ſæpius allegato. §. ſi nauis. in prin. ff. de rei vẽdi. lucrum, quod fit ex illa, potius prouenit ex induſtria, & opera vſurarii, quàm immediate ex ipſa pecunia. d. l. ſi nauis. & idcirco lucrum illud potius attribuitur perſonæ vſurarii, quàm pecuniæ, iuribus primò allegatis. Pro qua concluſione bene facit tex. in d. c. quanquam. cum. ibi. & in c. cum tu. §. co. in ii. reſpon. vbi vſurarius ſolum videtur aſtringi ad reſtitutionem vſurarum exactarũ, & quantitatis extortæ, & nõ vltra. Præterea tex. in d. c. cum tu. in fi. vult emptum, & acquiſitum ex vſuris, ſi aliter vſuræ nequeũt reſtitui, debere vendi, vt ex precio fiat reſtitutio vſurarũ, quatenus fuit quantitas extorta, & non vltra, nulla habita conſideratione fructuũ perceptorũ ex rebus illis emptis.

¶Hanc communem concluſionem limitant Lauren. de Rodulphis in ſuo tractatu in q. 44. & Ioan. de Anan. hic in q. 5. per no. per Bar. & alios in l. cum oportet. in princ. C. de bonis, quæ liber. vbi dicunt, q̃ ſi filius, qui habuit fundum a patre, vt inde ſe aleret, mediante opera, & induſtria ſua aliqua bona ex fructibus illius fundi fuerit lucratus, illud lucrum eſt diuidendum inter patrem, & filium, pars enim debebitur patri tanquam acquiſita ex bonis ſuis, & ſic tanquam profectitia, & alia pars debebitur filio tanquam aduentitia acquiſita ex opera, & induſtria filii, & ſic pars lucri attribuitur rei, & alia pars operæ, & induſtriæ. Ita dicunt præfati doct. dicendum eſſe in caſu noſtro, vt lucrum factum ex pecunia vſuraria pro parte aſſignari debeat pecuniæ vſurariæ, & conſequenter illi, cui eſt reſtituenda, & alia pars induſtriæ, & operæ vſurarii. Et ad propoſitum etiam optime faciunt ea, quæ ponunt doct. communiter in l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudi. vbi dicunt, q̃ ſi filius ex pecunia paterna mediante eius induſtria, & labore bona lucratus fuerit, vna pars lucri debetur patri tanquam profectitia, & acquiſita ex pecunia patris, alia vero tanquam aduentitia debetur filio. Ex regulariter hoc de iure eſt, vt ſi quis ex alterius pecunia mediante induſtria, & labore ſuo lucretur, pars acquiratur operæ, & induſtriæ, & alia pars ipſi pecuniæ, niſi aliter conuentum fuerit, vt §. diximus, per text. in §. de illa. inſti. de ſocieta. & in l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. & not. per gl. in c. plerique. 14. q. 3.

¶Sed tu conſidera: quoniam prædicta limitatio, & declaratio non placet, ſed verius videtur omne lucrum factũ ab vſurario cum pecunia vſuraria ſibi in totum acquiri, vt fuit de mente Ioan. And. & Abb. hic indiſtinctè, & generaliter loquentium, & prout etiam ex præmiſſis rationibus confirmatur.

¶Nec obſtant prædicta: quia procedunt: quoniam illud acquiritur ex re patris, vt ex fundo, vel pecunia patris, vel ex pecunia communi inter ipſos fratres, & ſocios, ita. no. per Paul. de Caſt. in l. Titius. ff. de præſcrip. verb. ſanctis no. per Bal. & alios in d. l. ſi patruus. & in ſuo tractatu de duobus fratribus. Sed in caſu noſtro vſurarius, qui acquirit ex pecunia propria, & ex ſua induſtria, & opera: quia vſurarius factus eſt dominus vſuræ, vt nota. per gl. in c. ſi quis vſuram. 14. q. 4. & diximus ſupra in c. cum tu. Nil mirum, ſi lucrum in totum acquiritur ſibi non ſolum reſpectu partis, quæ reſpicit induſtriam, ſed etiam reſpectu illius, quæ pecuniam vſurariam reſpicit, quod enim ex re mea naſcitur, & prouenit, meum eſt, maximè ſi ex opera, & induſtria mea prouenit. l. qui ſcit. cum ſimilibus. ff. de vſuris. Cogitabis. Plura non dico in hoc capitulo.

Laus Deo.

FINIS.

VENETIIS. M D LXXX.

Apud Dominicum Nicolinum.

INDEX RERVM OMNIVM,

LOCORVMQ. INSIGNIVM,

Quæ in his Commentarijs ad ius Pontificium

AVGVSTINI BEROII

Iuriſconſulti Bonon. continentur.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X X.

INDEX RERVM OMNIVM, LOCORVMQ. INSIGNIVM,

QVAE IN COMMENTARIIS AVGVSTINI BEROII CONTINENTVR.

2 A PRÆPOSITO, cauſam imme diatam denotat, in c.1.de offi. delega.nu.37. 4

5 ABBAS eſt prælatus ſuæ eccleſiæ, ſicut epiſcopus, in c.1.de rebus eccleſiæ non alienan. nu.5. fol. 2. Et quomodo. ibidem. nu. 13. 3

5 Abbas cum capitulo totum monaſterium repræſentat, in c.ex literis.de iure patrona.nu.21. 127

5 Abbas ſolus abſque capitulo & conſenſu an præſentare poſſit, quando ius patronatus ſpectat ad eccleſiam, vel monaſterium. ibid.

3 Abbas ſolus abſq; facto monachi monaſterio acquirit, & hæreditatem illi delatam adit, in cap. Raynutius.de teſtamen.nu.384. 107

4 Abbas cogitur hæreditatem vel legatum monaſterij relictum agnoſcere.in c.2.in præſentia.de proba.nu.135. 45

5 Abbas abſq; conſenſu epiſcopi regulariter alienare non poteſt, in c.1.de reb.eccle.non alienand.nu.3. 2

5 Abbas quomodo ſolicitudinem & poteſtatē omnem monaſterij habeat, in c. 1.de rebus eccle.non alienan.numero 5.fol.2.& in c.ex literis.de iure patro.nu.23. 170

4 Abbas,& prælatus tutori, vel curatori æquiparantur, in c. in præſentia.de proba.nu.120. 44

4 Abbatis dolus cur noceat monaſterio, non ſic vnius monachi.ibid.nu.510. 41

4 Abbas quomodo de calumnia iuret.ibid.nu.556. 78

6 Abbas poteſt denunciari & accuſari non ſolum a monachis profitentibus, ſed etiam a laicis conuerſis, in cap.illa præpoſitorum, de accuſa.nu.1. 12

6 Abbas ex ſola negligentia nunquid remoueatur, & priuetur.ibid.nu.4. 12

3 Abbates regulares ſubſunt epiſcopo quo ad legem iuriſdictionis, ſed non quo ad legem diœceſanam, in c.1.de rebus eccl.non alien.nu.3. 2

5 Abbas exemptus a lege iuriſdictionis epiſcopis habet in ſua eccleſia iura quaſi epiſcopalia, & ius authorizandi in alienationibus rerum illius.ibid. 2

1 ABBREVIATORES.qui ſint, in rub.de reſcrip.nu.11. 58

1 ABSENS quibus ex cauſis habeatur pro præſente, in c.cũ omnes.de conſtitutionib.nu.6. 33

1 Abſentes a ciuitate, diœceſi, vel territorio ad actus vniuerſitatis non ſunt vocandi, quod tamen fallit.ibid.nu.18 1. fol.39.Et quando vocandi ſunt.ibid.nu.82.

4 Abſens ſubditus nō citatus excommunicari poteſt, & quomodo hoc intelligatur, in c. cum ſit Romana.de appellatio.nu.41. 144

4 Abſens iuriſdictionem prorogare nunquam videtur, in c. ſi duobus.de appel.nu.36. 152

2 Abſenti ex cauſa neceſſaria, ſed non probabili nullo modo, vel iure ſuccurritur, in c.non ſine multa, de arbitr.numero 27. 66

4 Abſenti non prodeſt renunciatio litis,& cauſæ, niſi ſequuta ratificatione, in c.in præſentia.de proba.nu.77. 41

4 Abſenti nunquam acquiritur, niſi per ratificationem.ibidem nu.78.fol.41.& in rub.de iudic.nu.77. 9

2 ABSOLVERE quod non poſſit, qui condemnare non poteſt limitatur, in c.de cauſis.de offi.delega.nu.59. 25

4 Abſoluunt potius iura, quàm condemnent, in c.ſicut. de probat.nu.21. 20

2 Abſoluere nocentem in dubio ſanctius eſt, quam cōdemnare innocentem, in c.1.de offi.deleg.nu.95.fo.17.& in c. ſicut, de probatio.nu.11. 20

3 ABSOLVTIO a iuramento ad effectum agendi parte non citata, & ſine cauſæ cognitione conceditur, in rub.de iudi. nu.18. 5

Vide etiam in ver.ſtabiliturio.

4 Abſolutionis ab excommunicatione ſententia parte non citata fieri poteſt, in c.quoniam contra.de proba.numero 96. 56

1 ABSOLVTVS a Papa ſine cauſa,& ſic iniuſtè quo ad Deũ non dicitur abſolutus, ſecus ſi iuſtè, in cap.1.de conſtitutio.nu.22. 5

6 Abſolutus per pœnitentiam, quam agit, an iterum de eodem crimine valeat accuſari, in c.de his.de accuſat.nu.11. fol.16.& quid de crimine ante baptiſmum commiſſo, ibi. numero.15.

Diſtingue ibidem nu.19.

Quid de abſoluto per viam inquiſitionis. ibidem nu.20.

Quid ſi per inquiſitionem de crimine ciuiliter ageretur. ibidem nu.21.

6 Abſolutus in loco domicilij vtrum poſſit de delicto eodem accuſari, vel inquiri in loco delicti commiſſi & econtra, ibidem nu.27. 17

6 Abſolutus in foro eccleſiaſtico nunquid poſſit opponere exceptionem rei iudicatæ contra volentem accuſare in foro ſeculari.ibid.nu.23.

6 ABSOLVTE,& liberè idem importat, in cap.1.de viſitis.numero 2. 411

1 ABVNDANS cautela vitiare non debet, in ru.de offi.deleg.nu.54. 6

3 ABVTI, abutens priuilegio ſibi conceſſo illius amiſſione dignus eſt, in c.quoniam.de iure patro.nu.100. 158

5 ACCEDERE quomodo poſſit homo alteri rei, in c.nulli.de rebus eccleſiæ non alienan.nu.8. 116

5 ACCESSORIE,& principaliter ſtare quando quid dicatur, in c.ex literis.de iure patro.nu.20. 168

2 ACCESSORIVM ſequitur naturam ſui principalis, in c. 1.de offi.deleg.nu.58. 10

2 Acceſſorium extinguitur cum principali, in c.quoniam Abbas. de offi.deleg.nu.103. 41

5 Acceſſorij dominium,& poſſeſſio transfertur, ſi transfertur dominium, & poſſeſſio alicuius rei principalis ex aliquo contractu, in c.ex literis.de iure patro.nu.14. 169

3 Acceſſorium ſine principali ſtare non poteſt, in rub.de iudicijs, nu.49. 7